


Conventus annualis XVII de Oecologicarum protectionum moderatione diebus 14 et 15 Martius 2017 Posonii / Bratislaviae celebratus

Bernhard SCHWAIGER



PRAEFATIO

Circumiectorum tutela dynamice excolitur et fit socialis vitae pars potissima. Incolae numero crescentes plus et materiarum et energiae consumunt ita ut opes terrae periclitentur et transcenduntur. Quaestiones ad totum planetam spectantes sensim depravantur. Exempli gratia evanescent silvae saltusque zonae terrestres moderatae naturales in subtropicis tropicisque et arva degenerantur. Pollutio maritima augetur, ordines oecologiae tenerae destruuntur, plantarum bestiarumque species per omnia saecula saeculorum amittuntur. De hoc in longinqua tempora sunt hominibus politicis, qui inde a saeculi elapsi fine de externorum tutela atque emolumento efficaci operam nabant, proposita actiosa et acceleranda. Problematibus certis transgrediendum est ad technologiam praevenientem et ad solutiones in toto cyclo productorio diurnas. Paulatim habitus tam institorum quam consumentium utique mutatus est. Nam e principiis voluntariis et cum participatione publica magis magisque providetur in cura de circumiectorum protectione. Efficiuntur programmata de tutela ab industriis quaestuosis, technicis, fabrilibus. Plus attenditur de effectu bonorum procreatorum ipsorum (bona ad consumptionem parata, bona semiprocreata, materies simplices) in naturam.

Nostris diebus in politicae oecologicae campo rerum universitas valde aucta est in ultro protegendis biochoribus. Notiones nascuntur ut varietas instrumentorum augeatur quibus institores persaepe annunt sponte sua. De biochoribus oecologicis provehendis consciorum multitudo augetur. Processus varii gradatim aequi fiunt, processibus multiplicatis indagatio incipitur - non tantummodo de theoria sed etiam de praxi generaliter effecta aut studiis acquisita.

Protectio oecologica gignit actiones, quominus naturae ambientis pollutio defectioque abstineantur respective minuantur. Comprehenditur tutela omnium sive partium specialium cum reciproca interdependentia universo haud neglecto. Biochorum protectio et emolumentum sociale oeconomicumque ducuntur ad modum vivendi emendatum ubi natura et materiae brutae salventur conserventurque proli. Causis de biochore vulnerato intellectis et facultatibus protectionis purificationisque adhibitis mutabitur tam productio quam consumptio. Cognitiones hae ducent ad fontium lucrum magis placidum non solum pro homine confecturo sed etiam pro homine consumpturo. Agitur de rebus quae non ex iussis neque ex interdictis fiunt sed ex humano intellectu.

Societatis humanae incrementum speratum et - huc interdependentes - minae (contra societatem totam, contra instituta gubernatoria sive non gubernatoria, contra domos effectrices et cives) exigent semper ordines securitatis auctos. Attamen securitas maxima ipsa perpetuo in periculo erit. Securitatum modus in temporis cursu augendus est, quod fieri potest solum si casus infelices magis magisque rari. Inde sine ullo dubio opus est amplis scientiis remediisque pericula iugiter vitatum. Quaestiones securitatis prorsus sunt solvendae! Provocatio erit ut evadamur periculis et casibus. Itaque omnes homines, quibus securitas cordi, necessarium erit ut magis attentis sint in

securitatis et ordinis praecepta. Quae praecepta non solum attendenda sed etiam observanda esse fas est.

Fundamentum securitatis quippe est uniuscuiusque tractatio securitatis praeceptorum privata. Ordines securitatis in periculis aditis fundamento sint, quibus in casu necessitatis reactio detur usque ad gradum tolerabilem. Talis politica de securitate adipiscenda provehendaque instituatur instrumentis methodisque in lege constitutis. Certe neque moderatio securitatum perfecta umquam pericula casus calamitates abolire poterit. Sed facultates novae et genera meliora periculorum evitandorum utique praesto erunt.

Congressus praetitulatus "De oecologiarum protectionum moderatione" anno 2017 celebratus habeatur suggestus grandis ubi informetur et auditoria scientifica et regiminis localis atque administrationis statalis repraesentantes. Ubi peritiae usus studia permutentur et denique nova, quae attinent ad protectionis oecologicae dispositionem, divulgentur.

CONTACT ADDRESS

Bernhard SCHWAIGER

Radio F.R.E.I., Erfurt, Bundesrepublik Deutschland